



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 13322648**

§. 49. Epistola præfatæ Facultatis Parisinæ ad Universitates , Coloniensem  
& Pragensem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

„præter schisma, rebellionem, ac dis- Sæc. XVIII.  
 „sensiones spirent.“ A. C. 1730.

§. XLIX.

*Epistola Facultatis Theologicæ Pa-  
 risiensis ad Universitatis Colo-  
 niensem & Pragensem.*

His feliciter confectis mox die prima  
 Septembris nomine Decani, om-  
 niumque Magistrorum Syndicus Uni-  
 versitates Coloniensem & Pragensem  
 de plena sua submissione certiores red-  
 didit, datis ad eas hisce literis:

*Decanus & Facultas Theologorum Pa-  
 risiensium celeberrimæ Studii Colonienfis  
 Universitati salutem plurimam in eo, quæ  
 convertit luctum nostrum in gaudium.*

„Si juxta monitum sapientiæ, cu-  
 „ram habere debeamus de bono nomine.  
 „Tum maxime cum famæ nostræ asper-  
 „sam labem novimus, in iis quæ Re-  
 „ligionis & fidei nostræ integritatem  
 „spectant, in quibus, ut ait D. Hiero-  
 „nymus: *Nefas est quemquam esse pa-*  
 „tientem. Cum igitur ex iis, quæ statim  
 „ab obitu Ludovici XIV. invictissimi  
 „Galliarum Regis in nostra Theologica  
 „Parisiensi Facultate adversus Consti-  
 „tutionem *Unigenitas* a nonnullis tur-  
 „bulentis tentata sunt, iste rumor in-  
 „faustus de Parisiensibus Theologis per  
 O 3 „uni-

Sæc. XVIII. „ universum orbem Catholicum incre-  
 A. C. 1730. „ buerit, Decretum nempe, quod Anno  
 „ 1714. pro acceptanda & observanda  
 „ Constitutione Sanctissimæ memorie  
 „ Clementis Papæ XI. emiseraut, sub-  
 „ inde declaratum fuisse nullum, falsum  
 „ & adulterinum (quod tamen invidi-  
 „ simis argumentis ostendimus in actis  
 „ nostris esse falsissimum) imo communi  
 „ Magistrorum suffragio renitentibus ad-  
 „ modum paucis interjectam fuisse ad  
 „ futurum generale Concilium scandi-  
 „ losam provocationem; uno verbo ad-  
 „ versus Apostolicum Decretum ab Epi-  
 „ scopis acceptatum & promulgatum,  
 „ insurrexisse nihilominus totam Facul-  
 „ tatem nostram, atque inde vulgo tra-  
 „ ducerentur Parisienses Theologi non  
 „ secus ac si, per stupendam animorum  
 „ conversionem, a priscis majorum so-  
 „ rum moribus, & ab antiqua, que  
 „ hucusque in ordine suo Doctrina vi-  
 „ guerat, plane recessissent, spreteque  
 „ docentis ac' judicantis Ecclesiæ au-  
 „ thoritate, quam *qui non audit tanquam*  
 „ *Ethnicus & Publicanus*, ipso promun-  
 „ tiante Christo Domino, *haberi debet*,  
 „ se solos aliter docentes esse audien-  
 „ dos jactitarent, eorum ritu scilicet, qui  
 „ ut soli sapere videantur, cælum ipsum  
 „ vituperant; & rerum novarum ama-  
 „ tores, *quorum os abundat malitia*, spar-

„sis undequaque famosis suis libellis, Sæc. XVIII.  
 „tanquam totidem funestis flabellis, A. C. 1730.  
 „falsum hunc rumorem augere non  
 „cessarent, quemadmodum hodierna  
 „die nec adhuc desinunt; adeo ut  
 „in istis florentissimis academiis Ca-  
 „tholicis nemo ferme foret, qui atten-  
 „dendo ad ea, quæ de nobis sinistra  
 „fama renuntiante passim circumfere-  
 „bantur, & ex altera parte revocando  
 „in memoriam felicem præteritorum  
 „temporum nostram conditionem, in  
 „hæc verba luctu & mærore percitus,  
 „non statim erumperet; *hæccine est illa*  
 „*perfecti Decoris Theologica Parisiensis*  
 „*Facultas, gaudium olim universæ terræ?*  
 „*quomodo obscuratum est aurum? mutatus*  
 „*est color ejus optimus; ad tot tantaque*  
 „reformanda mala, duximus strenue  
 „ac fortiter esse adlaborandum. Ut  
 „autem præstaremus feliciter, intelle-  
 „ximus non satis, sufficienterque con-  
 „sultum iri famæ nominis nostri, si,  
 „quæ per summum nefas nebulosis  
 „temporibus inserta fuerant in com-  
 „mentariis nostris, & quæ evulgata  
 „falso rumori ansam, aliquodque fun-  
 „damentum hactenus præbuerant,  
 „plane penitusque apud nos rescinde-  
 „rentur, & iis substituerentur meliora;  
 „sed insuper oportere ad amoliendam  
 „hanc labem, ut acta quæcumque a no-  
 „bis

Sæc. XVIII. „bis ea de re sancirentur, publici juris  
 A. C. 1730. „fierent, ut quocumque, ad dedecus  
 „& opprobrium nostrum rerum male  
 „gestarum iniquitas accesserat, ibi pa-  
 „riter ad resarciendum honorem no-  
 „strum, damni fortiter ac fideliter re-  
 „parati noticia perveniret, nec minus  
 „hodie, ad propulsandam gravem in-  
 „juriam, diffunderetur factis certissi-  
 „mis cognitio veritatis, quam ad con-  
 „flandam turpem calumniam, sese pra-  
 „vis artibus diffuderat antea propaga-  
 „tio falsitatis. „

„Quapropter, quæ duo erant re-  
 „que necessaria, statim atque potui-  
 „mus, eodem ferme momento præsti-  
 „timus; alterum *in quo agebatur de statu*  
 „*nostro*, ut verbis utamur S. Augu-  
 „stini, necessarium erat nobis, quod  
 „erat *de recuperanda fama nominis nostri*  
 „*necessarium aliis*; utrumque debeamus  
 „æquitati, honori nostro, Religioni  
 „itaque ubi sese fausta obtulit occasio,  
 „cui jam dudum præstolabamur im-  
 „patientes moræ emendavimus, quæ  
 „jam dudum debuissent emendari.  
 „Decretum latum Anno 1714. suæ, ut  
 „par erat, sinceritati restituimus, &  
 „auctoritati, atque, ut nihil deesset  
 „opere in tanto, & omnibus, quæ oc-  
 „currere possent incommodis consule-  
 „remus, nova sanctione, eaque, priore  
 „au-

Sæc. XVIII.  
A. C. 1730.

„authentica magis ac solemniori, Fa-  
 „cultas nostra declaravit de 15. De-  
 „cembris ultimi in suis generalibus  
 „Comitiis, apud Collegium Sorbonæ  
 „congregata, amplecti se de novo Con-  
 „stitutionem *Unigenitus* tanquam dog-  
 „maticum universalis Ecclesiæ judi-  
 „cium, cui refragari nefas, cui non  
 „obsequi nihil aliud est, quam velle  
 „partem habere cum iis, qui de foris  
 „sunt, nec ad Ecclesiam ulterius per-  
 „tinent. Adhibuimus cautiones, ne  
 „quid huic simile, quod evenerat, dein-  
 „ceps contingeret, neque ad gradus  
 „nostros Theologicos admitterentur,  
 „nisi de quorum constaret apud nos  
 „fidei sinceritate & obsequio, cæteris  
 „quæ expendi solent non neglectis.  
 „Hoc bene ac recte, sapienterque fa-  
 „ctum vobis profecto SS. MM, videbi-  
 „tur: & illud idem valde fuisse non  
 „opportunum duntaxat, sed plane ne-  
 „cessarium, judicabunt, quotquot sunt  
 „æqui æstimatores rerum, neque enim  
 „sufficit præteritis, aut præsentibus  
 „domesticis malis attulisse remedium,  
 „verum prudentiæ est, in posterum pro-  
 „spicere ac providere. Aliud super-  
 „erat necessarium non minus, a quo exor-  
 „dium duxit præfens Epistola, quod  
 „similiter non censuimus omittendum,  
 „nempe ut non solum typis ad usum

ici juris  
 dedecus  
 n mala  
 ibi pa-  
 em no-  
 iter re-  
 minus  
 vem in-  
 certilli-  
 ad con-  
 ese pra-  
 ropaga-  
 ant æ-  
 potui-  
 præli-  
 de statu  
 Augu-  
 quod  
 is nostri  
 ceamus  
 eligioni  
 occasio,  
 ur im-  
 s, quæ  
 endari.  
 uæ, ut  
 us, &  
 deesset  
 uæ oc-  
 onfule-  
 priore  
 „ au-



Sæc. XVIII. „ nostrum mandare tur acta nostra  
 A. C. 1730. „ sed etiam eorum exemplaria per or-  
 „ bem Catholicum affatim spargeren-  
 „ tur. & lata eam in rem expressa con-  
 „ clusione, volumus ad insigniores  
 „ Academias, quarum Catholica fides  
 „ bonus est odor Christi in Ecclesia,  
 „ quantocius nomine nostro mitteren-  
 „ tur; nec dubitamus, quin pro vestra  
 „ erga ordinem nostrum propensa vo-  
 „ luntate, ad aspectum eorum quæ,  
 „ favente cælo, novissimis istis tempo-  
 „ ribus feliciter gessimus, non pluri-  
 „ mum gaudeatis in Domino, nobis-  
 „ que velitis ex animo gratulari. Ac-  
 „ cedit ad istud bonum, quod a se ma-  
 „ gnum est, *descendens a Patre luminum*  
 „ a quo fluit *quodcumque donum est opti-*  
 „ *imum*, quod, ex quo prodiit Decretum  
 „ novum diei 15. Decembris ultimi, sex-  
 „ centi & amplius numero Magistri,  
 „ quos officiorum necessitas procul ab  
 „ Urbe & Comitibus nostris distitos re-  
 „ tinet, scriptis eximiis Epistolis, huic  
 „ applaudere gestiant, suaque suffragia  
 „ nostris adungere suffragiis glorien-  
 „ tur, & singulis diebus accedant ad  
 „ illud idem roborandum Decretum  
 „ variis orbis plagis, certissima testi-  
 „ monia non inferiora prioribus; adeo  
 „ ut exceptis adhuc non nullis numero  
 „ paucis de sua nuditate confusis, qui  
 „ suis

„ suis privatis opinionibus abrepti a **Sæc. XVIII.**  
 „ cæteris dissident, atque idcirco tan- **A. C. 1730.**  
 „ quam viri turbulenti iussi sunt a Co-  
 „ mitiis nostris abstinere, affirmare me-  
 „ rito jam possimus, utendo verbis  
 „ Eutychii Constantinopolitani, in sua,  
 „ nomine 5. Concilii ad Vigilium Pa-  
 „ pam Epistola, *submota confusione discor-*  
 „ *diæ, pacem reformasse Deum in ordine no-*  
 „ *stro, & collectos in unum Magistros unum*  
 „ *idemque sapere in recta fidei confessione,* quod  
 „ sane Catholice sentientibus gratissi-  
 „ mum esse debet, & multum habet  
 „ in se non mediocris solatii. „

„ Quid inde porro his acceptis nun-  
 „ tiis eveniet SS. PP. ac Magistri, illud  
 „ certe quod nostræ inpræsentiarum  
 „ gloriæ plurimum interesse profite-  
 „ mur; quæ infaustæ de nomine no-  
 „ stro, forte apud vos etiam prævalue-  
 „ rant suspiciones, delebuntur; redibit  
 „ pristinus favor, reviviscet præclara,  
 „ quæ apud vos ut alibi, floruerat olim  
 „ nostri nominis existimatio. Docet  
 „ S. Augustinus, lib. confess. *cavendas*  
 „ *omnes suspiciones,* & in antecessum  
 „ Studendum, ne fingatur de nobis  
 „ quidquid fingi potest aut dici; quanto  
 „ magis ubi tam noxiæ suspiciones ob-  
 „ tinuerunt, nec defuit, proh dolor!  
 „ fundamentum ut obtinerent. „

„ His



Sæc. XVIII. „ His ita positis, nullus est, in nostris  
 A. C. 1730. „ evulgandis operibus, superbiæ typus  
 „ metuendus, nulla jactantia, ostenta-  
 „ tio nulla, quia vera inest loquendi,  
 „ ac scribendi, & quæ scripta sunt e-  
 „ vulgandi necessitas. Scimus quæ-  
 „ dam esse opera bona, quæ, ne fiant  
 „ coram hominibus, sed in abscondito  
 „ Divina nobis præcipit in Evangelio  
 „ Christi Domini Sapientia, ad quod  
 „ attendens præceptum, S. Basilii  
 „ recte Christianos admonet, *inane*  
 „ *Gloriam esse fugiendam, quam dulcem*  
 „ *bonorum operum spoliatricem non minus*  
 „ *vere, quam eleganter nuncupat; ve-*  
 „ *rum sunt alia tamen opera bona, quæ*  
 „ *jubente eodem novæ legis Auctore*  
 „ *Christo, lucere debent coram hominibus,*  
 „ *ut illa videant, & glorificent Patrem*  
 „ *qui in cælis est, Non sunt hæc duo*  
 „ *inter se pugnantia, si attendamus*  
 „ *ad diversam operum indolem, & eo-*  
 „ *rum naturam, de quibus sermo est,*  
 „ *necnon & ad conditionem temporum,*  
 „ *in quibus nunc versamur, & sumus*  
 „ *positi; maxime vero si, quæ mani-*  
 „ *festa fiunt & evulgantur, eo bono ac*  
 „ *recto fine prodeant, quo acta nostra*  
 „ *typis recens edita ad celeberrimam*  
 „ *Academiam vestram mittere satagi-*  
 „ *mus. Nostrum ergo non improba-*  
 „ *bitis consilium, Magistri sapientissimi,*  
 „ *ex*

„ ex quo mentem nostram noveritis. Ve-  
 „ hementer cupimus in amicitiam re-  
 „ dire vestram, si forsan ab illa exci-  
 „ dimus, nihil magis cordi est, quam  
 „ Academiæ vestræ, quæ cæteras in-  
 „ ter multiplici titulo eminet, antiqui  
 „ amoris vinculo, & *Catholicæ fidei com-*  
 „ *munionem consociari*; unde confidimus,  
 „ futurum, ut munusculum illud nostrum,  
 „ quale est, ingratum vobis non sit.  
 „ Erit certe in signum ære perennius,  
 „ & pignus authenticum illius obler-  
 „ vantix singularis, qua vos illustris-  
 „ simumque ordinem vestrum impeuse  
 „ colimus ac veneramur. Valete sa-  
 „ pientissimi Theologi, crescentes sem-  
 „ per in scientia Dei, veritatem facien-  
 „ tes in Charitate. Conjunctis viribus  
 „ *confortemur in Domino*, & in potentia  
 „ virtutis ejus ad destruendam omnem  
 „ altitudinem extollentem sese adver-  
 „ sus scientiam Dei; verbum continea-  
 „ mus ad consummationem Sanctorum,  
 „ in opus Magisterii & ædificationem  
 „ Corporis Christi. „

§. L.

*Responsum Facultatis Coloniensis ad  
Sorbonæ literas.*

Hæc Parisinæ Facultatis literas Uni-  
 versitas Coloniensis summa animi  
 læti-

Sæc. XVIII.  
A. C. 1730.